



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Mors Anastasij imperatoris impij. Capvt. XXXVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

hi acquirō. Tu verō quantum potes, adijce ad e-
leemōsynam. His enim diebus Deus promouebit
te ad Apostolicū thronum huius ciuitatis, vt pas-
cas populum suum, quem acquisiuit per propriū
sanguinem Christus verus Deus noster. Vt igitur
dixi, eleemōsynis insiste & pro recta fide iugiter
sta, & decerta. Talibus. e. sacrificijs maximē delecta-
tur Deus. Ita vt predixerat, cōtigit. Diuusq; Ephre-
mius, his auditis glorificauit Deū, dicēs, Quātos ha-
bet occultos famulos, & soli sibi cognitos. Deus.

Mors Anastasij imperatoris impij.

C A P V T. XXXVIII.

Narrauit nobis vir quidam fidelis, de Ana-
stasio Imperatore, quod cū eiecisset Eu-
phemium, & Macedonium Patriarchas Cō-
stantinopolitanę Ecclesię, ac propter sanctā Chal-
cedonensem synodum illos Gaitan in Pontū exi-
lio relegasset, vidit in somnis idem Imperator vi-
rum quendam insignem, vestitum amictu candi-
do, contra se stare, codicem scriptum ferentem, ac
legentem. Euoluens autem quinq; folia codicis, le-
gensq; Imperato: is nomen, ait illi: Ecce propter
perfidia tuā deleo quatuordecim: & digito suo il-
los deleuit. Ac post duos dies factō fulgore magno
atq; tonitruo, pauore turbatus reddidit spiritum
in summa angustia, pro eo quod impius fuit in S.
Christi Dei nostri Ecclesiā, eiusq; pastores exilio
damnauit.

*Vita Monachi monasterij Abbatis Seueriani, Et
quomodo à puella russica prudenter retractus
fuerit, ne cum ea peccaret.*

C A P V T. XXXIX.

CVM venissem Antiochiam, audiui quendam
de presbyteris Ecclesię ista narrantem. Dice-
bat